

# APPENDIX AD TOMUM II. BULLARII SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI BENEDICTI PAPÆ XIV.

NUM I

Ad Constit. XI fol. 4o. & Quatuor Constit. seqq.

ORATIONES

Consistoriales, quæ dictæ fuerunt in Consistoriis habitis die 18. Aprilis, 8. 10. 11. 13. & 14. Junii pro Canonizatione BB. FIDELIS A SIGMARINGA, CAMILLI DE LELLIS, PETRI REGALATI, JOSEPHI A LEONISSA, ET CATHARINÆ DE RICCIIS; una cum ejus Homilia, quæ habita est die Natali Sanctorum Apostolorum PETRI ET PAULI inter Missarum solemniam, postquam solemnem Canonizationis Decretum promulgavit.

In Consistorio Secreto habito in Palatio Apostolico Quirinali die 18. Aprilis 1746.

ORATIO



**S**EPTUAGESIMUM secundum hujus vitæ mortalis annum inivimus, illudque affirmare jure possumus, annos quinquaginta contulisse, exiguo licet, cum fructu, studiis Ecclesiasticis excolendis, atque iis præsertim, quæ ad Beatificationem Servorum Dei, ac Beatorem Canonizationem pertinent. Cum enim forensibus studiis operam dare statuissemus, factum est, ut Alexander Caprara tunc temporis Rotæ Romanæ Auditor, ac deinde Cardinalis, illius Tribunalis Secretum, ut ajunt, Nobis communicaret. Cum vero ille pariter inter Consultores Congregationis Sacrorum Rituum fuisset adscriptus, cepimus accurate legere scripta exhibitæ a Postulatoribus; atque animadversiones Promotoris Fidei; & alia quoque pro his studiis adjumenta consequuti sumus, ex domesticis colloquiis, quæ idem Præful Caprata nobiscum intersebat.

Deinde a Clemente XI. felicis recordationis inter Consistoriales Advocatos recensiti, ipsius Pontificis iussu duas Causas Canonizationum promovendas suscepimus, nempe Beatæ Catharinæ Bononiensis, ac Beati Pii V., quæ sub eodem Clementis XI. Pontificatu ad finem solemnem Canonizationis perductæ fuerant: Præter has Causas, aliis quoque multis tum Beatificationis tum Canonizationis, operam nostram ac patrocinium impendimus, quas hoc loco recensere supervacaneum ducimus, & quæ non pauca, neque exigua sane volumina, si colligerentur, efficerent.

Post hæc Promotoris Fidei perhonorificum munus ab eodem Clemente XI. Nobis demandatum fuit, quod per viginti, & amplius annos, videlicet, cum idem Clementis XI., ac deinde Innocentius XIII., ac Benedictus XIII. Sedem Apostolicam tenuerunt, pro imbecillitate nostrarum virium, quam diligentissime obire curavimus. Illud pro certo adfirmare posse videmur, gravissimas laboris partes Nobis ipsis semper desumpsisse; nec satis existimasse studium ad ea negotia dumtaxat necessarium, quæ proponerentur, expedienda, sed Acta universa Congregationis Sacrorum Rituum penitus inspexisse, ipsius Tabularium, & monumenta omnia, quæ ad rem

facere possunt, ita pervolvisse, ut ea quoque adnotaremus, quæ Nobis opportuna fore videbantur. Illud pariter asserere possumus, eas omnes Beatificationes, & Canonizationes, quæ vel a Clemente XI., vel a Benedicto XIII. solemniter indicatæ sunt, nostris vigiliis, nostrisque vigilis antea dispositas, ac peractas fuisse. Porro, si id ipsum Nobis tribueremus de illis Canonizationibus, quas deinde Clemens XII. peregit, nihila veritate alienum diceremus. Nam in Causis ejusmodi, quæ tunc temporis absolutæ sunt, non modo earum initia instituta atque expedita, sed etiam præcipuæ quaestiones in examen adductæ: ac solutæ fuerunt, cum adhuc Nos ipsi munere Promotoris Fidei fungeremur.

Postea Benedicti XIII. singulari beneficiâ in Cardinalium Collegium cooptati fuimus, atque inter Cardinales Congregationis Sacrorum Rituum adnumerati. Quapropter eo, licet exiguo, temporis spatio, quo tunc Romæ permanimus, Congregationibus interesse non prætermisimus, ac sententiam nostram, qualiscumque fuerit, libere præferre. Paulo post ad regendam Antiquam Ecclesiam, ac deinde Bononiensem delecti fuimus, in vicibus administrandis duodecim annos insumpsimus: Tum, licet Pastoralis officii sollicitudo Nos plurimum occupatos tenuerit, tamen rationem temporis ita habuimus, & nocturnæ corporis quietis aliquas horas ita subtraximus, ut Nobis contingerit, præter plura, quæ in lucem emisimus, simul etiam colligere; & disponere, ac sedulo perpendere pene innumeræ annotationes, quas olim congestimus, cum Fidei Promotorem ageremus: Insuper plura superaddere, quæ ad explicanda Miracula conferre maxime possent: Cui rei gerendæ, ac perficiendæ magno adjumento Nobis fuit copia librorum tum antiquiorum, tum recentium, qui ad Physicam, ac Medicinam pertinebant, tum præsertim consilia præstantium Doctorum, quos Bononiæ deprehendimus. Quamobrem de Beatificatione Servorum Dei, ac Beatorem Canonizatione quatuor Volumina composuimus, quæ in lucem edita fuerunt.

Postremo ad summum Pontificatum, licet immerentes, evecti, cum facillimum sit inventis addere: plura additamenta non parvi momenti, ac pretii fecimus iisdem Commentariis, quæ magis accurate, copioseque lucem publicam secundo adspexerunt. Ad Congregationes Sacrorum Rituum, quæ coram Nobis frequenter habitæ sunt, convenimus, in quibus non modo sententiam nostram exposuimus, sed ejus quoque rationem palam indicavimus. In qualibet proposita Causa decrevimus ea, quæ magis opportuna judicavimus; alia quoque Decreta promulgavimus, ad rectum examen hujusmodi Causarum earumque solutionem instituendam. Tandem aliquos Dei Famulos consueto Ritu inter Beatos adnumeravimus.

Ut ergo nihil deesse Nobis in hac re videretur, illud tantum supererat, ut Beatorem Canonizationem perageremus. Ad quam obundam haud satis erant, quæ hæcenus diximus; neque enim a nobis commemorata sunt ob aliam causam, nisi ut quoddam voluntatis nostræ studium ad ejusmodi Canonizationem suscipiendam ostenderemus, quod tamen parum, ut nihil omnino conferre non ignoramus, nisi cætera merita, ac requisitæ conditiones pariter intercedant. Attamen in eo tanta restititudo est, quod post accuratum diuturnumque examen peractum, iudicium quinq̄ue Causarum Canonizationis absolutam jam fuerit a Congregatione Sacrorum Ritu-

Ritu-

Rituam. Accedit, quod ejusdem Congregationis consilio jam pronuciavimus Decretum, nempe posse quamlibet ex istem Causis ad Solemnem Canonizationem deduci: Quamquam illud Decretum ejusmodi negotium minime absolvat, neque ipsi finem imponat; eo quod Prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, antequam Sententiam ultimam proferamus, intelligere volumus in hoc Secreto Consistorio consilium vestrum, utrum Canonizationem hoc tempore statuendam iudicetis; ac deinde exposcere rursum a Vobis consilium, & ab Episcopis, qui ad Consistorium semipublicum convenient, utrum nempe in supradictis Causis quaestiones omnes ita examinatas & solutas existimetis, ut Sententiam vestram Congregationis Sacrorum Rituum accomodare possit arbitremini. Sed ne temere, & inconsulto deliberetis, servato a Prædecessoribus nostris more. Vobis exponemus, quæ diligenter accurateque peracta sunt in his Causis Beatorem examinandis; & deinde meritum singularum intrinsecum compendio solum attingemus.

Ut autem initium sumamus ab iis, quæ gesta sunt in examinandis his quinque Causis Beatorem, de quibus res agit, nulla est ex ipsis, pro qua examinanda plusquam centum viginti anni non fuerint insumpti, initium hujus temporis haud statuendo a die, quo hi Beati vitam hanc mortalem abolverunt, neque a tempore, quo Locorum Ordinarii sua auctoritate ipsorum Beatorem Acta conficere coeperunt, sed ab eo solum tempore, quo Sedes Apostolica concessit, ut ejusmodi Causæ coram se instituerentur. Equidem non ignoratis, in veteri consuetudine, ac more positum fuisse, ut hæ Causæ Romanæ Rotæ Auditoribus committerentur, qui deinde post accuratum examen rem totam exponerent, suffragium consultiuum habuerunt, ac postremo ad Congregationis Sacrorum Rituum omnia rursus examinanda deferabantur. Duæ nostrorum Beatorem Causæ, quæ modo afferuntur, propositæ jam fuerunt eo tempore, cum vetus consuetudo, quam paulo ante memoravimus, obtineret, eoque ratione pertractatæ sunt, quam superius indicavimus. Cum deinde immutata ea consuetudine, Romanæ Rotæ Auditores in Congregationis Sacrorum Rituum, tamquam ipsius membra; recensiti fuissent, in tribus reliquis Beatorem Causis quaestiones præcipuæ, ac necessariæ ad examen, ac trutinam revocatas sunt in iis Causis, quæ ad expendendas singulas ex allatis quaestionibus, ter convocari, & haberi consueverunt. Si ex his quinque Causis unam solummodo excipiant, cujus Nos ipsi Beatificationem peremerunt, quatuor reliquæ Cultum publicum jam pridem obtinerant a Nobis, Prædecessoribus consultiuum. Quamobrem nostram operam postissimum consultiuum ad expendenda Miracula, quæ post Beatificationem contigerunt, & quæ a Sacris Legibus requiruntur, tamquam indicium quoddam caelestis Divinæ voluntatis, ut cultus permissivus ac peculiaris, cultu universalis ac præceptivo commutetur. Illud testari merito possumus, nihil a Nobis prætermisimus fuisse, ut accuratissimum examen fieret, quoniam non ignoramus, nullam studium, nullamque diligentiam esse in hac re supervacaneam. Illud quoque fatemur nullam a Nobis in his Causis agendis dispensationem, aut immunitatem a consuetis Legibus esse concessam, nostramque privatim studium pro qualibet Causa sedulo impendisse. Præterea Deum vehementer exoravimus, ut lumen suum Nobis impertiretur, quo magis perspicua Nobis forent aliqua facta: quæ suffragium facientes in Congregationibus manifesta satis putaverunt; denique, priusquam animus nostrum determinarem, nonnullis mandavimus, ut occulta diligentia res propositas scrutarentur, ac plane diglaserent, quorum postea documenta Nobis reddita, deponi iustissimum in Tabulario Congregationis Sacrorum Rituum, ubi tuto servarentur.

Post hæc ( ut ordinem initio propositum teneamus ) verba faciendi essent a Nobis de meritis cujuslibet Causæ. Veram institutam Orationem parumper suspendimus, ut tamen, ordine jam constituto, deinde professamur; videlicet postquam apertum erit os Cardinalis, qui clausum fuit initio Consistorii, ut suffragium quoque suum in rem propositam ferat, & postquam alia præsentia negotia absoluta fuerint. Porro hæc sermo interruptio Vos levavit ea molestita, quam pati deberetis, si perpetua oratione uteremur, & Nobis etiam paulum temporis concederet, ut libere respiceremus.

Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. II.

*Post hæc proposita fuerunt Ecclesiæ, & alia peracta, quæ superius indicata: deinde Sanctissimus D.N. præsequutus est suam Orationem in hunc modum.*

Peractis jam negotiis, quæ absolventa supererant, Orationem nostram, Venerabiles Fratres, prosequimur; & breviter quidem complectemur merita, quæ insunt Causis quinque Beatorem. Primum locum obtinet Causa Beati Fidelis a Sigmaringa Svevi ex Ordine Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum. Nemo ignorat præclare gesta a Leopoldo Austriae Archiduce, & Comite Tyrolensi, qui magno cum exercitu Rhætiæ Superiorem invadens initio præteriti sæculi, gente illa pervicaci in suam ditionem redacta, Ministros Calvinianos ab illis Vallibus expulsi, qui non modo pravam doctrinam in ipsis locis disseminaverant, sed miseris populos, & sua jam labe infectos, adversus Romanam Ecclesiam incendebant, & perniciosis consiliis incitabant, ut a legitimis Principibus facta conspiratione desicerent.

Tum Joannes Fulvius Curie Episcopus, qui Hæreticorum furor, ac violentia extorris, & ejectus, incredibilem merore conficiebatur, eo quod Ministri Zuingliani, & Calviniani, spatio duorum annorum, quadraginta duas Parochias eidem usurpaverant, Leopoldum victorem induxit, ut ad Paulum V. Prædecessorem nostrum confugeret, eumque vehementer rogaret, ut Capuccinos in Rhætiam mitteret, qui Sacras Missiones susciperent, ex quibus fructus non exiguos Sanctæ Religionis futuros sperabat.

Pontifex Leopoldo morem gestis libentissimè, ac tum Sacræ Missiones in Rhætia institui habuerunt, quæ deinde magis confirmatæ, atque amplificatæ sunt, cum post obitum Pauli V. Gregorius XV. Sedem Apostolicam obtinuit: Tunc enim bene constituta Sacra Congregatio de Propaganda Fide, ipsius consilio, quæ viros idoneos a Nuntio Apostolico, & ab Episcopo Curie satis cognoverat, Fratres Capuccini ad eas Missiones obeundas delecti fuerunt, & illarum Præfectus Beatus Fidelis a Sigmaringa nominatus, & illarum famam ob virtutem, & zelum Apostolicum jam sibi comparaverat. Cum ejusmodi munere fungeretur, vitam hic Beatus absolvit, interfectus ab Hæreticis in odium Fidei Catholicæ, & hoc pado illustrem Martyrii palmam est consequutus. Signa & Miracula accesserunt severe discussa, & concordibus suffragis approbata. Placet ne igitur Vobis, ut ad solemnem hujus Beati Martyris Canonizationem iuxta consuetum hujus Sedis Apostolicæ morem procedamus?

*Hic Cardinales responderunt omnes: PLACET. deinde Sanctitas Sua:*

Secundo loco proponitur Causa Beati Camilli de Lellis, qui Bochianici in Aprutio loco honesto natus est. Cujus quidem juvenis non fuit vacua, & immunis ab iis cupiditatibus, ac vitiiis, quibus implicari juvenes consueverunt. Attamen tali poenitentia duQus est, sualque labes per plures annos usque ad ultimum vitæ spiritum tanta severitate expiavit, ut præclaram Sanctitatis opinionem sibi demeruerit, eamque lætissimè in Cœlis excitaverit, qua gessere solent Angeli super uno peccatore poenitentiam agente, quæ longe superat eam voluptatem, quam concipiunt idem Beati Spiritus, cum in Cœlis coronari vident alios plures, qui poenitentia nunquam indignaverunt, eo quod vitæ innocentiam, ac morum sanctitatem nunquam violaverint.

Nonnulli ex Theologis, ac Patribus non solum Martyres appellant eos, qui ab Hæreticis, vel Infidelibus in odium Christianæ Fidei, aut Catholicæ Religionis vita spoliuntur, sed illos pariter tanquam Martyres agnoscunt, qui semper in Dei famulatu, & proximorum salute procuranda ita occupantur, ut assiduo charitatis opera præsent, non quidem ordinaria, sed difficilia, & heroica, in quibus constanter versantur, donec ad extremum vitæ diem perveniant; ideoque Charitatis Martyres nuncupantur.

De hac opinione Nos verba fecimus in Libris nostris, De Canonizatione, eamque minime probavimus, eo quod Orationi Panegyricæ potius, quam Theologorum Cathedræ consentaneam judicavimus.

Illos



N. I.

Illos haud Martyres, sed Confessores nominandos asserimus, cum in eorum morte nullus appareat tyrannus, qui illos in odium Fidei violenter interficiat; Quod si contrariam sententiam sequuti fuissimus, nullum sane exemplum praestantius inveniri potuisset ad Martyres ejusmodi Charitatis declarandos, quam vita, ac mores, quibus Beatus Camillus de Lellis commendatur.

Siquidem Nosocomia appellantur, comparari possunt quibusdam veluti theatris, in quibus Camillus per plures annos charitatem suam exercuit, operam suam assiduo praebens infirmis, ut illos corporis aegritudine, atque animi morbis sublevaret. Febres pestiferae; quae hanc ipsam Urbem, ac Sedem Quirinalem invaserant, & universis, quos semel corripuerant, mortem interebant, latissimum campum aperuerunt Camillo, ejusque Socii Regularibus, ad pios Cives inflammandos, hortandoque, ut cibis, atque opportunitis pharmacis aegrotantes recrearent, omnemque diligentiam impenderent, ut a mortis faucibus eriperent hominum multitudinem, qui ad eam calamitatem pervenerant, ut eodem lectulo vir cum uxore sua, ac liberis jaceret, necessario alimento, & consolatione destituti omnes, quos interea febris, egestas, rerum omnium necessitas, ac fames supra modum vexabant.

Post hanc calamitatem, & stragem, incredibilis illa amoris charitas subsequuta est, ob quam Romae, & ejusque districtu, septuaginta millia hominum fame, ac frigore enecti perierunt. Horrendum sane spectaculum. In Comitibus Urbis, in macellis, & officinis fame debilitati Cives animam exhalabant, alii vero jam vita defuncti virentes herbas, quas ad famem sedandam seceperant, adhuc dentibus premebant; Quare tum pariter maxime charitatis incendium, quo Camilli pectus exardebat, plura omittimus ad rem explicandam, quae in actis ipsius Beati descripta continentur; Illud solum indicabimus, tunc temporis magnam aegrotantium multitudinem in Nosocomium Sancti Sixti eandem fuisse, ex qua spatio paucorum dierum tria millia morbo confecta sunt. Pontifex Beato Camillo potestatem tribuit illius Nosocomii administrandi in iis omnibus, quae ad salutem corporum, & animarum pertinerent. Itaque, ut hinc muneri satisficeret, in aedes Sancti Sixti ille se contulit cum octo Sociis, ex quibus ob incredibiles labores, & incommoda, quinque vitam amiserunt; Camillus autem immunis ab eo discrimine, ac liber evasit, singulari Deo beneficio, ut majora deinde pro utilitate proximi aggrederetur; Inter quae recentiori merito debet Institutio Congregationis Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, quam ipse statuit, ac propagavit in variis Orbis terrae partibus, & quae magis in dies amplificatur, cum maximo aggratantium, & morientium fructu, qui in ultima vitae hujus periodo constituit, illorum praesidio, sanctisque moribus corroborati, ad immortalem vitam proficiscuntur. Hujus Beati intercessione Deus Miracula operari dignatus est, post longum & maturum examen concordibus suffragis approbata. Videtur ne itaque Vobis expedire, ut ad hujus quoque Beati Canonizationem solemniori ritu deveniamus?

Rufus Cardinales hoc loco responderunt: PLACET. Et Sanctitas Sua Institutum sermonem prosequuta est.

Tertio loco exhibetur Causa Beati Petri Regalati Minoris Observantiae Sancti Francisci, natione Hispani, qui Valdolet natus est. Annales Fratrum Minorum tradunt a Gregorio XI. Pontifice designatos fuisse aliquos Commissarios Apostolicos, seu Visitatores, quorum Ordinem in Hispania reformarent, cuius Institutum, ac disciplina, pristina severitate dimissa, plurimum collapsa fuerant, quemadmodum Apostolica Sedes intellexerat. Ferunt, quemdam nomine Petrum Villacretum inter Fratres Minores virum sanctitate vitae praestantem, inde excitatum fuisse, ut reformationem Regularis Observantiae Sancti Francisci primus inchoaret. Sacra aedacula inter oppida Tendilla, ac Penalverii sita erat, Beatissima Virgini Mariae nuncupata, quae ad Equites Melitenses iure pertinebat. Porro Sanctam Mariam Saliceti ipsam vocabant ex eo, quod Beatissima Virgo quibusdam Venatoribus ipsius nomen, & operam implorantibus eo loco apparuerat, cum illi inter densissimas pluvias,

fulminum ignibus perterriti, via penitus aberrassent. Itaque, cum primam super falices altare fuisset extructam, inde Sanctae Mariae Saliceti nomen indutum est. Huic aedulae Petrus Villacretus exiguum tugurium conjunxit, ubi cum suis Sociis habitaret; Illud autem spatio temporis in magnificentum aedificium commutatum fuit, in quo perfecti Regulares vitam duxerunt. In eo ipso loco vir praeruditissimus Cardinalis Franciscus Ximenes Christianae perfectionis spiritum susceperit, ex quo tandem accitus fuit, ut Elisabeth Hispaniarum Reginae Confessiones exciperet.

Petrus Villacretus pietatem Beati Petri Regalati cognitam, & perfectam habebat; Quippe adolescentiam innocenter traduxerat, & cum Fratrum Minorum Instituto vix decennis nomen dedisset, anno aetatis decimo quarto (quod tum licebat) solemnem Professionem emisit. Inter caetera Monasteria, quae a Villacretio condita fuerant, permittente Oxoniensi Episcopo, illud prope Aquilarem adnumeravit, in quo Petrus Villacretus, ac Beatus Petrus Regalatus, longe ab hominum consortio, sanctissimam & asperissimam vitam aliquo temporis spatio simul duxerunt. Quarvis autem curarent diligentissime, ut ejusmodi vitae ratio in tenebris omnino delitesceret, tamen in finitimas Civitates evulgari cepit, ex quibus aliqui videndi famam studio, alii vero, ut permanerent in ea solitudine, ad Monasterium confluebant; & hoc pacto Reformatio in Hispania mirum in modum propagata est.

Qua de re Villacretus praeteritum opus, imitanque viam insisteret majori studio constituit, ut nova conderet Monasteria, ac vetula in meliorem formam redigeret. Itaque domum Aquilerae Regalato commendavit, cuius virtutem longo jam temporis experimento probaverat. In eo loco Regalatus reliquis annis, quibus vixit, ad supremum sanctitatis apicem pervenit. Ille Reformationem instituit, suis exemplis, prudentique administratione factam teclam retinuit, ita ut, quamvis novi Ordinis Fundator, aut Reformationis Institutur appellari nequeat, tamen ad illam statuendam maximum adjumentum attulisse, potentissimumque praesidium fuisse, nemo inficiabitur. Ille etiam toto vitae suae cursu Theologas, & Cardinales Virtutes modo sublimi, ac singulari exercuit. Universos in admirationem sui pertraxit ob animi humilitatem, vitae asperitatem, ac jejunia, quibus corpus suum magnopere excruciatum. Quae merita si desint, ad Beatorem Canonizationem Ecclesiam nunquam adducitur. Illic etiam donis Extasis, ac Prophetiae cumulat a Deo fuit, ac postremo feliciter hac mortali vita decessit, eamque sanctitatis famam reliquit, ut disjunctitate temporis imminui nunquam potuerit. Miraculis claruit tum in vita, tum post obitum; eademque trutinam subiecta approbati meruerunt. Placet ne igitur Vobis, ut ad solemnem hujus Beati Canonizationem juxta Ecclesiae institutum procedamus?

PLACET, iterum dixerunt hoc loco Cardinales, ad quos deinde Sanctitas Sua.

Quarto loco venit Causa Beati Josephi a Leonis, quod Oppidum in Aprutio positum est. Ipse pariter Ordini Fratrum Capuccinorum nomen dedit, & Sanctum Franciscum Parentem suum plane imitatus est. Etenim si Sanctus Franciscus martyrii cupiditate inflammatus, navigationem in Syriam suscepit, etiam Beatus Joseph ob eandem causam Constantinopolim se contulit, ubi Christi Fidelibus opitularetur, qui misera servitute tenebantur, gravissimoque periculo, ne ob incommoda & arumnas, a Christiana Religione decederent. A Soldano Rege Egypti Sanctus Franciscus magnis officiis, & humanitate exceptus, omnem martyrii interclufum aditum cum vidisset, in Italiam remeavit; atque ira desiderii martyrium obtinuit. Beatus Joseph eodem ardore succensus, interiora cubacula, & penetralia Imperatoris Turcarum adire non dubitavit, ratus, eos populos universos facili negotio ad Fidem Christianam traducendos, si ipsorum Imperator eandem Religionem primus susceperet. Sed captus, ac detrusus in tenebrosorum carcerem, eo gravissimo supplicio multatus fuit, ut pedem dexterum, & manum pariter dexteram ad ferrum unicum suspensus, capite, totaque corporis mole ad terram penderet, donec fame, ac dolore extenuatus vitam profunderet, Generosus Athleta Christi crudelissimum tormenti genus invicta animi constantia pertulit. At quo

N. I.

quoniam Joseph Dei beneficio vitam adhuc traheret, atque inter acerbissimum cruciatum annuntiare Fidem Christianam haud omittebat, ideo Satellites consilium inierunt sub illo ignem excitandi, ut famas obstrictis faucibus spiritum illi praelucerent; aut saltem a praedicanda Sancta Religione impellerent.

Tres continuos dies in eo cruciatu fortiter permansit, ex quo divino potius, quam humano praesidio liberatus fuit, ita ut Causa ipsius Beatificationis, & Canonizationis (nisi ob gravissimas causas disciplina immutata fuisset) sub titulo Martyris, non autem Confessoris, proponi posse videretur. Nemo enim, qui in his studiis paululum versatus sit, ignorat, pristina temporum consuetudine appellari Martyres etiam illos, qui post acerba tormenta, quorum vi mortem subire juxta naturae conditionem debebant, admirabilem in modum superflites evaserant: Attamen hoc tempore (quemadmodum univocis cognovimus, perspectumque est) Martyr haud nuncupatur, nisi qui in ferendis cruciatibus, aut vi tormentorum vitam amiserit.

Joseph ope divina vindicatus ab eo discrimine, quod superius exposuimus, in Italiam rediit, & reliquum vitae spatium in locis Patrie suae finitimis tradidit, ubi Ruriculis, & Egenos Sacris concionibus imbuens, mirum dictu est, quomodo copiosos fructus collegerit: Mystra Fidei, ac Religionis illis explicabat, & vineam Domini indefesso studio ita excolerat, ut nullos labores, nulla pericula, nulla incommoda vitanda unquam judicaverit. Evangelica consilia, juxta sui Ordinis praecpta atque instituta, diligentissime servavit; quatinus si delinisset aliquid, Causa Beati Josephi in medio cursu constitisset. Etenim certum, statutumque est, ut in Causis Servorum Dei, qui Regularium Ordinibus adscripti fuerunt, praeter caetera, illud postissimum examinetur, an sui Ordinis praecipuas leges accurate observaverint. Postremo Beatus Joseph meritis cumulat, & corporis sui vinculis dissolutus, in Caelum evolavit, quo tempore ea signa contigerunt, quibus Deus pretiosam juslorum mortem prosequi, ac declarare consuevit. Miracula quoque subsequuta sunt plene discussa, & approbata. Placet ne igitur Vobis, ut ad hujus Beati Canonizationem rite procedamus?

Hic quoque Cardinales dixerunt: PLACET, quibus deinde Sanctissimus Dominus Noster haec alia verba addidit: Nihil desideranda propositum.

Quintam, ac ultimam locum tenet Causa Beatae Catharinae de Ricciis ex Ordine Dominicano, de Ecclesia adeo bahemirito, tum ob viros, tum ob mulieres gloria Sanctitatis celeberrimas, quae eundem Ordinem illustrant. Satis sit hoc loco recensere Catharinam Senonensem, Rosam Limanam, Agnetem ex Urbe Montispolitanis, quae solemni Canonizationis Ritu in numerum Sanctarum relata fuerunt; Reliquas plures omnimodis, quae ob rationem cultus immemorabilis, obtinent cultum Sedis Apostolicae auctoritate comprobatum.

Florentina nata est Catharina ex nobili genere: Parentes habuit Petrum Franciscum de Ricciis, & Catharinam de Penzano. Ab ineunte adolescentia futuram Sanctitatis indicia non obscura praebuit. Pratum Haereticarum Civitatis adducta (quo Parentes ratiocinationis gratia se contulerant), & ingreditur Domum Monialium Sancti Vincentii, eodem momento temporis constituit in eo loco, vitae suae cursum exigere; quatinus in ingratum, molestamque Parentibus esset, qui illam nuptui dare proposuerant.

Tantam Sanctitatis famam brevi assequuta est, ob dona principis caelestis, quibus plerumque Deus animas sibi devinctas & charissimas exornare solet, nempe ob frequentes Extases, mentis alienationes, vaticinia, condum arcanas seruationes, & hujusmodi divina munera, ut Praesides Ecclesiasticos excitaverit ad investigandum diligenter, utram angelus tenebrarum (uti non semel accidit) Angeli Lucis speciem ad eam Virginem decipiendam assumpsisset. Omnia facinus experimenta, quibus tunc usi sunt Ordinis Dominiciani Theologi, & illius Monasterii Provinciales, ut omni erroris nube discussa, veritatem agnoscerent, cuius certissima indicia deprehenderunt; itaque testati sunt ea Catharinae dona non Daemonum fraudibus, neque naturae portentis tribuenda,

sed caelitus immissa ad ejus animam exordiantur. Cardinalis Robertus Puccius Distoriensis Episcopus, iussu Pauli III. Pontificis, Florentiam se contulit cum pluribus aliis Episcopis prudentibus, doctrinae laude praestantibus; & post accuratum examen, summopere probavit vitae Sanctitatem, & caelestem donorum naturam, & conditionem; quibus Catharina ab omnibus commendabatur. In eadem sententia fuerunt Cardinales Cervinus, & Mediceus, qui deinde Summi Pontifices facti sunt, quorum primus Marcellus II., alter Leo XI. nuncupati fuerunt. Postremo accedit, quod in Causa Sancti Philippi Neri demonstratum est, ipsum quandam mentis alienatione divinitus immissa, licet Romae veraretur, Beatam Catharinam de Ricciis alioquom fuisse, quae Prati in Haereticam morabatur, cuius heroicam vitae rationem plane cognoverat, eamque plurimi faciebant.

Hae caelestia dona plerumque Sanctitatem indicant, sed in illis Sanctitas minime continetur. Continua ferme rerum caelestium meditatio, profunda humilitas, vita, victusque asperimus, in observandis Ordinis sui legibus accuratissima diligentia, summa vigilantia, atque studium, ut reliquae Sorores eandem virtutis semitam calcarent, haec fuerunt Catharinae doctae eximiae, haec ornamenta singularia. In examine hujus Causae competum est, ipsam maxime excelluisse in assiduo illarum virtutum exercitio, quae ad illius conditionem, atque statum pertinebant. Porro id satis est, cum in ejusmodi Causis totum examen ad eas virtutes redigendum sit, quas Canonizandus exercere potuit juxta vitae rationem, quam sibi delegerit. A Deo saepius illa postulavit, ut iis donis caelestibus, quibus tandiu cumulata fuerat, spoliaretur, quod sane commendatur plurimum ab illis, qui pias animas ad perfectionem Christianam instituant, nempe ut delectationi, & quodque etiam vanitati aditus praeluderent. Itaque Catharina, quod vehementer expetierat, consequuta est; at tamen opinio, quae de ipsius Sanctitate excitata fuerat, imminui nequaquam potuit, sed usque ad mortem constantiter permansit, & etiam post mortem magis precepsit. Catharina eo mortis genere decessit, quod ejus vitae Sanctitatem maxime decebat. Summa vitae austeritas, & ehorum ratio, quos longo temporis spatio adhibuerat haec Virgo penitentiae amarissima, mortalem ipsi aegritudinem attulerunt. Ad illam fortiter obeundam Catharina sanctis operibus se preparavit: Acerbos dolores tulit patientissime. Ecclesiae Sacramento summa pietate susceptis, ultima sine colloquia, sive ad Deum precationes ardentissimis amoris plenas expressit. Sorores suas maxima benevolentia vivens prosequuta est, & ejusdem benevolentiae moriens argumenta manifesta praebuit his terribilibus, quos postremo ad ipsas Sorores convertit. Nonnulla potentia ad ejus mortem contigerant; ita ut si omnia simul expendantur, pretiosam in conspectu Domini Catharinae mortem fuisse nemo dubitare possit. Post obitum, hujus Beatae intercessione ea prodigia facta sunt, quae vires naturae excedunt, quaeque iccirco communi calculo fuerunt Miraculis adscripta. Placet ne dentum igitur Vobis, ut ad hujus Beatae Canonizationem juxta consuetum Apostolicae Sedis morem procedamus?

Item, sibi PLACERE: responderunt omnes Cardinales, quos subinde alioquutus est Sanctissimus Dominus Noster hoc modo.

Praeclaram sententiam vestram intelleximus super his, quae a Vobis postulavimus. Quomobrem, vestris & exemplis nostrorum Praedecessorum inherentes, duo publica Consistoria indicimus, in quibus Consistorialis Aula Advocati palam recensentur vitae Sanctitatem, ac Miracula singularum ex Beatis, qui solemni ritu inter Sanctos adscribendi sunt. Aequum autem conveniat ad semipublica Consistoria, in quibus Vos omnes, cum Episcopis, qui simul acciri debent, suffragum ferre debitis pro futura cujuslibet Beati Canonizatione, in more positum est, ut univocis consignetur vita cujuslibet Canonizandi, compendio digesta una cum virtutibus, & Miraculis, & singulis Actis, quae pro eorumdem Causis confecta fuerunt. Quo tempore Clemens XI. felicis recordationis Beatorum Canonizationem celebravit, Nobis tunc temporis Fidei Promotorem agentibus



N. I. libus præcepit, ut Causas Beatorum compendio describeremus, quæ deinde Pontifex ipse accuratissime perpendit, & incredibili studio ad examen, ac trutinam revocavit omnia documenta, quæ istdem compendiis ad fidem faciendam jangebantur. Porro Causarum, de quibus modo res est, Nos ipsi compendia facere posse spectabamus, ardentique studio exoptabamus; sed assiduis curis distenti, Clementis XI. vestigiis insistere tandem deliberavimus. Itaque præter compendia a Posulatoribus confecta, & exhibitâ, hanc eandem provinciam ab alio suscipi iustitimus, qui Promotoris Fidei sententiam consiliumque sequeretur. Eadem compendia, juxta normam & rationem a Nobis constitutam confecta Nos ipsi accurate perlegimus. Sedulo quoque examinavimus omnia documenta illarum rerum, quæ in ipsis compendiis referebantur: Et hæc tum Vobis, tum Episcopis ad consilium accitis, tempore opportuno dabuntur, ut omnes sufficienter instructi ad semipublica Consistoria accedant.

Abfoluta Oratione Sanctitas sua assignavit in Titulum Ecclesiam Scriptorum Joannis, & Pauli Eminentissimo Cardinali Paulino; Et sic dimissum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 9. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

MAXIMAM Nobis hic amplissimus confessus jaucunditatem affert, in uno Pontificum Prædecessorum nostrorum vetus consuetudo renovatur. Siquidem, cum de gravissimis negotiis agendum, ac deliberandum erat, in consilium vocabantur Primores ex Clero Romano, Episcopos Suburbicarios, & ceteros Antistes, qui casu aliqua Romæ versabantur. Materiam pariter, quam Vobis examinandam, ac adjudicandam proponimus, Sacræ vetustati omnino contentaneam judicamus. Etenim Causa Martyris Fidelis a Sigmaringa Vobis exhibetur; & cognitum satis est, per speciemque universis, quam diligenter accurateque Prædecessores nostri Clemens, Fabrianus, & Antherus colligissent eorum Acta, qui pro Fidei Catholicæ defensionem vitam profundebant; Actorum collectioni judicium succedebat, quod vindicationis appellabatur, quodque institui solebat ab Ecclesia, ad fraudes & ambiguitates evitandas: de quo judicio verba facit Optatus Milevitanus Scriptor quarti sæculi, cum illustre facinus Cæcilianii Archidiaconi commemorat, qui superbam Feminam Lucillam vehementer objurgavit, eo quod ossa hominis mortui, esse Martyris, sed vedum vindicati, osculari consueverat, priusquam Divinam Eucharistiam perciperet. Quod si aliquid paulo alienum ea antiquitate reperitur in examine, quod habetur hodierna die, illud profecto est, quod in Actis, & narrationibus rerum gestarum a Fidei a Sigmaringa, quæ Vobis exhibitæ fuerunt & quas antea Nos ipsi perpeximus, ac diligentissime expendimus, in his, inquam, Actis non solum agitur de Martyrio, ejusque Causa, sed etiam referentur signa, ac Miracula, quæ Beato Fidei intercedente, Deus patriavit. Etenim vestram eruditionem minime latet gravissima disputatio, quam sæculo nono Ecclesie magna cum laude sustinuit S. Eulogius Martyr, ac Toteli Archiepiscopus; in suo præclaro Libro, qui inscribitur *Memoriale Sanctorum*, pro Cultu Cordubensium Martyrum: magnopere contendens illis exhibendum esse Martyrum Cultum, etiam si nulla Miracula ob eorum intercessionem obtigissent. Attamen id minime Nos advocat ab Instituto Nobis gratissimo venerabilis antiquitatis, cum in nostris Commentariis de *Canonizatione Sanctorum*, qualicumque fuerint, plane ostendimus, propositis cujuslibet sæculi monumentis & exemplis, nunquam Sedem Apostolicam in morem positum fuisse, ut Cultum publicum Martyri ulli concederet, aut permissum, & pro aliquibus tantum locis, aut præceptum, & pro universa Ecclesia, nisi postquam Martyrium, ejusque Causam perpendisset, ac probasset, juxta vetus adagium, nempe *Martyrem non facit palma, sed causa*, & postquam Miracula etiam in examen adduxisset, ac probasset. Siquidem sanctiorem in hac resententiam amplectendam censuit, nec ullam diligen-

tiam omnino præmittendam, ut de gravissimo hoc negotio judicium ferret, cum præterim nulla necessitas ejusmodi judicium postulare. Equidem Vobis ante oculos proposita sunt omnia, videlicet, vita, mors, ejusque causa, signa, ac Miracula Beati Fidelis a Sigmaringa. Interea vestras sententias exquirimus, utrum ad ipsius Canonizationem devocandam putetis.

Post hæc suffragium dederunt pro Canonizatione tam Eminentissimi Cardinales, quam Patriarche, Archiepiscopi, & Episcopi Assistentes; Et non Assistentes. Quibus explicitis iterum Papa sic fuit allocutus.

VENERABILES FRATRES;

SUMMAM voluptatem percepimus ex vestris suffragiis, quæ tulistis de proposita Canonizatione Beati Fidelis a Sigmaringa. Priusquam tamen ultimo deliberemus, ad Deum supplices confugere volumus, & simul hortari Fideles omnes, ut eadem vota concipiant, videlicet ut coeleste lumen in hoc gravissimo negotio Nobis largiatur, judicium laturis de Canonizatione Beati Fidelis a Sigmaringa, atque aliorum quatuor Beatorum, quorum Causæ in quatuor sequentibus Consistoriis Semipublicis in examen adducentur. Porro Cardinalis noster in Urbe Vicarius de more promulgabit jejunia, Ecclesias visitandas, preces, & alia pietatis opera præscripta, & suscipienda ab illis, qui consecuti volunt plenariam Indulgentiam; quam Nos impertiti sumus universis, qui preces optulunt eo modo, quem statuimus, ut Deus scilicet Opt. Max. sua lucis claritate mentem nostram illuminet.

Et sic dimissum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 10. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

POST Causam B. Fidelis a Sigmaringa, quam Vobis in præcedenti Consistorio proposuimus, alteram B. Camilli de Lellis in hoc præsentis Consistorio Vobis exhibemus, & quemadmodum in Causa B. Fidelis sacram antiquitatem, & hujus S. Sedis disciplinam ante oculos habuimus, ita profecto mentem eandem, idemque institutum in proponenda Causa B. Camilli hodierna die retinemus. Equidem inter Martyres, ipse non recensetur, sed inter Confessores; eo quod præclarissimis sane virtutibus ac meritis exornatus, quæ hac mortali vita in Cœlum migraverit, naturali tamen mortis genere; neque in odium Christianæ Religionis interfectus vitam amiserit. Quamvis autem Confessorum Cultus post Martyrum Cultum inductus fuerit, tamen illum pariter antiquum esse, minime est dubitandum; cum ex sæculo quarto hujus rei monumenta certissima suppetant, etiam si illorum sententiam sequamur, qui Sacram antiquitatem magis accurate diligenterque perscrutantur. Hanc opinionem Nos amplecti sumus in Commentariis nostris de *Canonizatione Sanctorum*, omittentes eam disputationem, quæ viros eruditos in duas partes dividit, utrum Cultus S. Hilarii Pictaviensis, an S. Martini Turonensis Confessorum, antiquior in Ecclesia dicendus videatur.

Hæc quoad sacram antiquitatem: veram quoad hujus S. Sedis disciplinam, nemo ignorat, Monachos pridie fuisse, qui consilia Evangelicæ sibi penitus imitanda proposuerint, deinde Mendicantium Ordines hanc viam ingressos esse, ac postremo eos cœtus, qui Clerici Regulares appellantur. Illud etiam cognitum est omnibus, perspectumque, Sedem hanc Apostolicam semper proclivem fuisse, ut inter Sanctos referret Ordinum Regularium Fundatores, si illi virtutibus heroicis, gloriisque Miraculorum post obitum, uti necessario requiruntur, maxime excelluerint: non una tamen semper eademque ratione; cum antiquiores ritu antiquior, tacito videlicet Summorum Pontificum assensu, ceteri recentiori ritu, expresso videlicet assensu, immo prolata a Summis Pontificibus definitiva sententia, fuerint Sanctorum factis adscripti, juxta duplicem canonizandi modum, de

de quo in recensitis nostris Commentariis, luculenter equitur; epochas temporum statuendo, quod an feliciter fuerimus asecuti, aliorum esto judicium.

Porro, juxta primum Canonizationis morem Cul-tum publicum in Ecclesia universaliter obtinuerunt Paulus, Antonius, Bassilius cœtum Monachorum Fundatores in Oriente, Augustinus, Benedictus, Columbanus, eorumdem cœtum Monachorum Fundatores in Occidente; juxtaque secundum Canonizationis morem, ceteri Ordinum Regularium Institutores Canonizationis honorem sunt asecuti, ut ex Tabulis Ecclesiasticis, & monumentis, quæ in Vaticanis Tabulariis asservantur, & a Nobis sæpe perlecta sunt, plane desumitur.

Alexander etenim III. solemnî ritu Sanctorum numero adscripsit Bernardum Fundatorem ac Parentem totius Familiæ Monachorum Clarevallensium; Clemens III. Stephanum Fundatorem Ordinis Grandimontensis in Aquitania; Cælestinus III. Joannem Gualbertum Institorem Congregationis Vallisumbrosæ, ac Giral-dum Parentem Monachorum Sylviæ majoris in Gallia Aquitania; Gregorius IX. Franciscum Assisinatem, & Dominicum, quorum primus Fratres Minores, alter vero Fratrum Prædicatorum Ordinem instituerunt; Clemens V. inter Sanctos adnumeravit Cælestinum V. Congregationis Cælestinæ Fundatorem; Leo X. Franciscum de Paula Parentem Fratrum Minorum; Gregorius XV. Philippum Nerium, ac Ignatum de Loyola, quorum primus Presbyteros Oratorii nuncupatos, alter Societatem Jesu constituerunt. Postremo Clemens X. Catalogo Sanctorum addidit Nomen Cajetani Ordinis Regularis Theatinarum Fundatoris; Alexandrus VIII. nomen Joannis de Deo, qui Fratres servientes pauperibus infirmis in suis Nosocomiis instituit; Clemens XII. nomen Vincentii de Paulis Fundatoris Sacerdotum, qui Sacris Missionibus adducuntur.

Cum hæc ita sint, hodie proponitur Vobis Beatus Camillus de Lellis Clericorum Ministrantium infirmis Parens atque institutor. Vobis exhibitâ fuit ante oculos series ipsius vitæ, corporis cruciatus, continuum virtutum summe præstantium exercitium, & cœtus Regularis non solum institutio, fed etiam propagatio in variis Orbis terræ partes, tum maxima Fidelium spirituali ac temporalî utilitate; postremo descripta perpensis Miracula, quæ Deus ob illius intercessionem ac nomen patriavit. Quamobrem sententias Vestras expectamus, utrum solemnî Beati Camilli Canonizatio decernenda videatur ejusque nomen inter Sanctos ceterorum Regularium Fundatores publico, consuetoque ritu fit adscribendum.

Hic autem Cardinales, necnon Patriarche, Archiepiscopi, & Episcopi Assistentes, Et non Assistentes Sententiam suam dixerunt. Quibus absolutis Sanctissimus Dominus Noster ad eos verba fecit in hunc modum.

VENERABILES FRATRES.

Suffragia Vestra de Canonizatione B. Camilli de Lellis magnam Nobis lætitiâ attulerunt; Quam ob causam nihil aliud respondemus, nisi peragendas esse preces, quas jam induximus, ut Deus largiatur Nobis opem suam, ac coeleste lumen ad ea rite perficienda, quæ pro futura Beatorum Canonizatione requiruntur.

Et sic dimissum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 15. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

IN Præcedenti Consistorio Vobis expendendam proposuimus Causam B. Camilli de Lellis Fundatoris Ordinis Clericorum Regularium ministrantium infirmis. Agendum est hodierna die de Causa B. Petri Regulati, qui sane Institutor appellari nequit, sed aut Restaurator, aut præcipuus Minister; cujus opera, ac labore Reformatio Ordinis Fratrum Minorum in Hispania statuta est. Equidem Ordines Regulares inter splendidiora Ecclesiæ ornamenta recensentur: leges autem, quæ illis præscribuntur, Sanctitati maxime accommodatæ, & contentanæ judicantur; qui ta-

men haud permittuntur, juxta disciplinam ab Alexandro III. Prædecessore nostro constitutam, nisi prius ab hac S. Sede Apostolica post accuratissimum examen comprobentur. Cam tamen Regularium Ordines hominum copia, non Angelorum, consensit; ideo non semel, ob frequentes atque inverteatas legum ipsarum violationes, factum est, ut Pontifices Prædecessores Nostri Ordines aliquos Regularium jamprius fundatos de medio tollendos duxerint, etiam si Leges Sanctissimas profiterentur; plerumque vero evellere coacti fuerint zizaniâ frumento admixtam, opera, studioque præstantium Sanctitatis Virorum, qui remissos Ordines ad pristinum splendorem restituerent, & Charitatis ardorem pene extinctum rursus accenderent, Regulares Ordines ad primum institutum ac normam revocantes, quam illorum Professores aliqua ex parte deseruerant. Itaque, sicut hæc Sancta Apostolica Sedes animum proclivem semper ostendit, ut Fundatores Ordinum Regularium solemnî ritu Sanctorum Catalogo adscriberet, quod in præcedenti Consistorio pluribus exemplis declaravimus, si tamen emulus reliquarum virtutum ad hunc titulum simul adjungeretur: eandem rationem habuit pro Restauratorum Ordinum Regularium, vel eorum, qui plurimum adjumenti laborisque contulerunt ad statuentes Reformationes, non temere & inconsulto excogitatas, sed Romanorum Pontificum auctoritate præscriptas, non solum tentatas, sed executioni demandatas, quas postremo ipsi Restauratores non modo suscipiendas alii proposuerunt, sed ipsi prius exemplo suo integre servarunt, non ulla ducti specie utilitatis, aut humanæ gloriæ, sed unice pro Dei gloria propaganda. Petrus de Alcantara Ordinis Minorum Restaurator fuit, & a Clemente IX. Prædecessore nostro inter Sanctos adnumeratus. Sed antea Gregorius XV. in Canonem Sanctorum retulerat Theresiam, quæ singulari cum gloria restauravit Ordinem Carmelitarum, quem tum Viri, tum Mulieres profitebantur. Neque sane multum temporis præterit, ex quo Benedictus XIII. de Nobis optime meritis, Sanctorum Catalogo nomen addidit Joannis a Cruce, qui plurimum adjuvit Sanctam Theresiam in Reformatione Carmelitani Ordinis, quam ipsa susceperat. Ex scriptis documentis, quæ Vobis tradita fuerunt, jam clare deprehendistis, quantum laboris atque operæ Petrus Regularis impenderit ad constituendum Reformationem Ordinis Minorum, quam Apostolica Sedes conceperat; quo studio, quæ prudentia, quam magna Ordinis sui utilitate gravissimum hoc negotium administraverit. Satis etiam cognovistis morum innocentiam, quam ab adolescentia ad finem usque vitæ integram conservavit; virtutum summe præstantium assiduam exercitationem; dona supernaturalia, quibus a Deo cumulatus fuit, dum inter mortales ageret; pretiosam ipsius mortem, & præclarâ Miracula, quæ ante, & post illam contigerunt, ut ejus Sanctitas palam omnibus innotesceret. Quare nihil aliud superest, quam ut Sententias Vestras de Canonizatione ipsius indicenda Nobis declaretis.

Eminentissimi autem Cardinales, Et alii ut supra suffragati fuerunt, quos deinde Sanctissimus Dominus Noster ita alloquutus est.

VENERABILES FRATRES.

Suffragia Vestra consensu unanimi deposcunt, ut Beatum Petrum Regularium in Catalogum Sanctorum referamus. Nos, cum opus fuerit, sententiam quoque nostram declarabimus. Interea magno studio Deum precamini, ut lumen suum Nobis impertiat ad opus hoc maximum pro ipsius voluntate in terris perficiendum.

Et sic dimissum fuit Consistorium.

IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 23. Junii 1746.

VENERABILES FRATRES.

NON ignoramus exploratum satis esse vestra conditionis, juxta veterem Ecclesiæ disciplinam inter Martyres non solum adnumeratos fuisse illas in-



N. I.

qui pro Christiana Religione vitam amiserunt, sed eos pariter, qui ob eandem Religionis causam acerbissima tormenta pertulerunt, licet postea superflites ab illis evadentes, mortali hac vita in pace perfuncti sint. In Conciliis, quæ a S. Cypriano coacta fuerunt, aliqui Episcopi, nomine, ac titulo Confessoris, alii vero Martyris, obsignantur. Tertullianus autem in eo libro, quem in Praxeam conscripsit, titulum Martyris ipsi minime tribuendum contendit, ob eam causam, quod levissimum, ac breve tormenti genus tulisset, non vero, quia vitæ spiritum inter cruciatus nequam emisisset: Praxeam, inquit, de *judicatione Martyrii inflatus, ob solum, & simplex, & breve carceris tedium*. Id etiam S. Joannis Evangelistæ celebri exemplo comprobatur, qui in dolium ferventis olei demissus, licet incolumis ex illo prodierit, & usque ad ultimam fenectum pace vitam absolverit, tamen Martyris titulum a Fidelibus obtinuit. Ob eandem rationem S. Thecla Protomartyr a Patribus nuncupatur, eo quod prima inter mulieres Martyrii gloriam pro Christiana Fide consecuta est: quippe damnata ad bestias, quemadmodum ex Annalibus Ecclesiæ deprehendimus, cum nullum ab illis detrimentum accepisset, reliquum suæ vitæ tempus solitudini mandavit, ubi longo senio confecta, & vinculis corporis soluta, in Cælum placide evolavit. Ob hæc Theologi inquirent, utrum etiam nunc Martyris nomen apte conveniat illis, qui superflites fuerunt cruciatus, quorum acerbitate viam profundere debuissent, sed post multos annos, lectuio, ut ajunt, suo jacentes, postremum diem obierunt; & utrum ritu solemnem etiam nunc inter Sanctos Martyres recenseri possint. Nonnulli id fieri posse censuerunt; utque obvia occurrant difficultati, nempe reliquo vitæ spatio inquinari potuisse peccata labere eos, qui post tormenta superflites fuerunt, respondent, Divinæ bonitati consentaneum videri, quod eos in cælesti gratia confirmet; qui singulari suo beneficio vim tormentorum, certumque mortis discrimen, quod pro Christo subierant, superaverunt. Nos de hac ipsa re fusius egimus in nostris Commentariis De Canonizatione Sanctorum, ubi S. Sedis Apostolicæ consuetudini inhærentes, plane ostendimus, Martyris titulum minime hodie tribuendum, nisi mors intercesserit in odium Christianæ Fidei, quam Tyrannus intulerit, & Martyr ob eandem causam suscepit, fortique animo pertulerit; nec ut ab hac disciplina recedatur, sufficere exempla a sacra quidem antiquitate desumpta, sed quæ prodierunt, antequam alia leges justissimis de causis ab Ecclesiâ fuerint statuta; aut argumenta, quæ ipsi ab hominibus potius, quam a peritis Theologis excogitata videntur. Quapropter cum adhuc in minoribus Promotoris Fidei munus gereremus, & Causa hæc B. Josephi a Lionissa initio proponi cepisset, magno studio contendimus atque obtinimus, ut de illa tanquam de causa Confessoris, non vero Martyris, ageretur, etiamsi Beatus Joseph unco ferreo per tres continuos dies suspensus a Turcis in odium Christianæ Religionis crudelissimum tormenti genus pertulerit, uti vos ipsi ex traditis documentis percipere potuistis. Illud tamen libenter, ac merito probavimus, ut hoc facinus præclarissimum in hac causa pertractanda magni penderetur, & pro decernenda solemnem Canonizationem etiam plurimum conferret, si tamen continua virtutum summe præstantium exercitatio, proprii Institutii plena observantia, quæ cum maxima vitæ austeritate, ac penitentia conjungitur, in Beato Josepho apparet, ac liquido comprobarentur; si postremo illius mortem ea prodigia secuta fuissent, quibus iustorum mors dignoscitur consecuta. Hoc sane pacto Causa Beati Josephi tanquam Confessoris, non vero Martyris, in examen adducta fuit. Seriem totius vitæ, quam ille duxit, vestros ante oculos expolitam habuistis: Cognovimus vobis est quidquid pie sancteque gessit, antequam se conferret Constantinopolim pro Missionibus obviantibus; gravissimum tormenti genus, quod in illa Civitate passus est, ex quo Divino beneficio fuit ereptus: quanto deinde tempore superflites extiterit, quam præclara gesserit, & qua ratione vitam absolverit. Vobis etiam perspecta sunt Miracula, quæ ob illum intercessionem contigerunt. Itaque illud tantum superest, ut sententias vestras de solemnem ejus Canonizationem indicenda Nobis explicetis.

Post hæc Eminentissimi Patres, & alii de more suffragium dederunt; quibus a Sanctitate Sua auditis, talia deinde subdidit.

## VENERABILES FRATRES.

Intelleximus suffragia vestra de Causa Beati Josephi a Lionissa, pro quibus ferendis ad Deum Vos prius confugisse, idemque facturos etiam non dubitamus, ut cælestem lucem Nobis impetretis. Attamen Vos magnopere hortari non præmittimus, ut privatim, ac publice easdem preces suscipiatis, cum Vos minime lateat, quantam vim habeant illæ preces, quæ publice, & Ecclesiæ nomine indicuntur.

Et sic completum fuit Confessorium.

## IN CONSISTORIO SEMIPUBLICO

Habito die 14. Junii 1746.

## VENERABILES FRATRES.

IN Apostolicis Actis Capite vigesimo primo, in quo describitur iter, quod S. Paulus suscepit a Tyro Ptolemaidem, & ex eo loco ad urbem Cæsariæ, illud memoriæ traditur, eandem Sanctum Paulum una cum Sociis ingressum fuisse domum Philippi Evangelistæ, seu Concionatoris Evangelii, qui sane Philippus is facili conjectura judicatur, qui Eunuchum Candacis Regiæ Ethiopum Sancto Lavacro expiaverat. Moram aliquam duxerunt illi in ædibus Philippi, cui erant quatuor Filia virgines, ac prophetantes; quod si virginitatem illæ non profitebantur voti ullius ratione, quo se Judæi obstringere minime consueverunt, tamen religionis causa eas virgines fuisse non est dubitandum; quæ prophetantes etiam nuncupantur, vel quod in concionandis divinis laudibus assiduo versarentur, vel quia futura prænunderent: *Venerimus Cæsariam*, (ita scriptum est in sacris literis) & intrantes domum Philippi Evangelistæ, qui erat unus de septem, mansimus apud eum. Hæc autem erant quatuor filie virgines prophetantes. Quod in itinere S. Pauli contigisse memoravimus, id Nobis etiam evenit in gravissimo hoc negotio, quod hodierna die ad finem sumus perducti. Postquam septa aliorum Cœtuum Regularium percurramus, uti Vos ipsi ex precedentibus Confessoris percipere potuistis, nunc ingredimur Claustrum S. Dominici, qui non modo, sicut Philippus, Evangelii Concionator fuit, sed etiam Ordinis Fratrum Prædicatorum primus Parens, atque Institutor; & quemadmodum in ædibus Philippi quatuor ipsius Filias virgines prophetantes S. Paulus deprehendit, ita Nos in Claustris Sancti Dominici quatuor etiam illius Filias invenimus, quæ prophetantes, appellari merito possunt, vel quia a divinis laudibus celebrandis nunquam cessarunt, vel quia futuros eventus antea denuntiarunt. Porro illæ nominantur, Catharina Senensis, Rosa Limana, Agnes Montispolitani, & Catharina de Ricciis, Pius II. Prædecessor Noster Sanctorum Catalogo nomen Catharinæ Senensis adjunxit. Clemens X. Prædecessor quoque Noster Rosam Limanam; Benedictus XIII. de Nobis optime meritis Agnetem Montispolitani inter Sanctos solemniter retulerunt. Itaque, ut quatuor istæ Filia prophetantes S. Dominici pari honore cumulerent, illud tantum superest, ut Beatam Catharinam de Ricciis numero Sanctorum adnumeremus. Supervacaneum ducimus hoc loco referre ipsius Familie præstantiam, optimam pueritiæ institutionem, atque innocentiam, virtutis propositum, quo Cœtui Regulari nomen dedit, & in quo constanter permansit, eximiam charitatem, qua Deum, & proximum semper prosequuta est, singularem prudentiam, qua præstitit cæteris Monialibus longo temporis spatio, profundam humilitatem, incredibilem patientiam in pluribus ferendis incommodis, cumulum celestium donorum, quæ in ipsam Deus liberaliter contulit, pretiosam ejus mortem in conspectu Domini, Sanctitatis famam, quæ constans fuit, cum adhuc in terris ageret, & postquam diem supremum obiit, ac tandem Miracula, quæ ob illum intercessionem obtigerunt. Cum hæc omnia vestris oculis objecta jam fuerint, illud reliquum est, ut mentem vestram de

N. I.

de solemnem ipsius Canonizationem decernendam Nobis declaratis.

Eminentissimi Cardinales, & enunciati Præfules sententiam suam tulerunt; quibus absolutis, hæc Sanctitas Sua subjecit.

## VENERABILES FRATRES.

Maximam sane voluptatem percepimus ex suffragiis vestris, quæ solemnem Beatæ Catharinæ de Ricciis Canonizationem deposcunt, eandem proflus lætitiæ sensimus in quatuor precedentibus Confessoribus, in quibus suffragia tulistis de Causis aliorum quatuor Beatorum, de quorum Canonizatione pariter agebatur. Itaque, Deo juvante, diem vigesimum nonum hujus mensis Junii qui Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum Festo celebrando consecratur; illum, inquam, diem contempnimus, ut ritu solemnem, numero Sanctorum adscribamus quinque Beatos, nempe Fidelem a Sigmaringa, Camillum de Lellis, Petrum Regalatum, Josephum a Lionissa, ac Catharinam de Ricciis. Interea preces vestras ad Deum convertite, ac vehementer ab ipso exposcite, ut ope sua potentissima cælestique inspiratione Nobis adit propitius, suumque lumen impertiat, ut hæc rem gravissimam perficimus ad gloriam Divini Nominis augendam, Catholicam Fidem magis extendendam, & Christianam Religionem propagandam.

Et sic absolutum fuit Confessorium.

## NUM. II.

## HOMILIA

Sanctissimi Domini Nostri BENEDICTI PP. XIV., quæ habita est inter Missarum Solemnem die Natali Sanctorum Apostolorum PETRI & PAULI Principium Romanæ Urbis Patronorum, quo die solemnem Decretum Canonizationis quinque Beatorum in Sacrosancta Vaticana Basilica pronuntiavit.

COMMUNEM Cælo terræque lætitiæ ex glorioso BB. Apostolorum PETRI & PAULI triumpho, quem pro Christo morientes uno die, eodemque loco reportarunt, ad Nos maxime, & ad hæc Urbem, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, pertinere certum est. Quamquam enim ad universam spectet Ecclesiam de gemina Principis Apostolorum, & Doctoris gentium corona lætari, quod sancta ororum sanguine Fides in omnes gentes sese feliciter propagaverit, Roma tamen debet præ cæteris esse gaudii, & cumulatus exultare, quod quæ antea fuerat errorum magistra, Apostolorum eorumdem opera facta sit discipula veritatis, Civitas Sacerdotalis & Regia, Arx Religionis, & Caput Orbis, cuius imperium Divinæ Fidei gloria latius, quam olim terreno principatu, dilatatum, portæ Inferi metuunt ac contremiscunt.

A vetustissimis usque temporibus Romano Pontifici solemnem fuit summa religio, ac singulari celebritate diem hunc agere, in quo duplex Sacrum, alterum in hac Vaticana Basilica, alterum via Obliensis in Basilica S. Pauli, facere consuevit, ut prius sæculi quarti vates Prudentius testatur. Id quoque temporis complures ex variis partibus Episcopi ad Urbem commigrabant, festum hunc lætissimum diem una cum Romano Pontifice celebraturi, uti ex Paulino, qui sequentis ætatis scriptor extitit, colligimus.

Nos quoque, quos non una causa ad Principis Apostolorum memoriam honore cumulandam adducit, quod nempe in ejus locum & dignitatis amplitudinem, licet immerentes, successimus, sed aliæ quoque rationes urgent ad illius, & Apostoli Pauli cultum promovendum, quos una simul colere, ac venerari consuevit Ecclesia, quod nimirum inter Sacra hujus Basilicæ Canonicos decem & quatuor annos sumus, quodque eisdem Petri honori Metropolitana Bononiensis Ecclesia dedicata sit, quam decennio gubernavimus, & quam adhuc detinemus; Prædecessorum nostrorum vestigiis etiam in hac parte pro viribus insistere cupientes; non solum quotannis in pervigilio hujus Festi solemnibus Vespis in hac Basilica interesse, & mane Pontificali ritu

Missam celebrare consuevimus, sed etiam in perpetuum vilitate functione recrevimus, ut per totam Octavam singulis diebus in diversis Sacra hujus Urbis Ecclesiis aliqua eorumdem Apostolorum memoria insignitæ solemnem Sacram peragatur, præsertim aliquo Prælatorum Apostolicæ Sedis officii addiditiorum Collegio; utque pomeridiano tempore alii priorum hominum Cœtus, stans quisque diebus, ad eandem Ecclesiam pie religioseque procedant. Ad hæc mandavimus, ut Calendariis, & Divinorum Officiorum Libris eidem duo Beatissimi Apostoli, tanquam primarii augustæ hujus Urbis Patroni, inscribantur; quod quidem Nobis a Sanctissimis Viris Leone Pontifice, Maximo Taurinensi, & Venantio Fortunato, ex veteri disciplina traditum est.

Opportune quoque & merito hæc ipsam diem festam Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI hodiernæ Sanctorum Canonizationi selegimus; nedum ut saltem vitæ nostræ tempore felicissimum hujusmodi diem ingenti populorum concursu, multaque Fratrum Nostrorum Episcoporum frequentia, pristino more celebrari videamus; sed præsertim etiam, quod sententiam illam definitivam, qua quique Beatos nuper in Sanctorum album retulimus, pronuntiavimus, ut audivistis, in honorem Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ad Catholicæ Fidei præsidium, & Christianæ Religionis incrementum, auctoritate Domini Nostri Jesu Christi, Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI, & Nostræ; & demum, quod in unoquoque eorumdem quinque Beatorum imago quadam, & connulla Sanctorum Apostolorum PETRI & PAULI similitudo inesse videtur. Hoc autem non ita dicimus, ut par meritum, aut æqualitatem virtutum horum cum illis inferamus, cum temeritas sit amplitudinem Apostolorum cum aliorum Sanctorum meritis comparare; sed ut ostendamus, hæc nova Sanctitatis lumina ad clarissimas Beatorum Apostolorum PETRI & PAULI virtutes accedere pro viribus curavisse, & hæc ratione ad Sanctorum gloriam in terris meruisse exaltari, quæ jam dudum in Cælis inter beatissimos Civis fruebantur.

Venit Petrus Antiochia ad hæc Urbem; hic primam Sedem constituit, hic nequissimum debellavit Simonem, hic Jesu Christi Evangelium disseminavit. Venit hæc quoque Paulus post navalem, ut Joannes Chryostomus ait, pugnam, atque hic in Judæis & Gentibus in Christi Fide eradiendis dies noctesque laboravit. Ambo vitam & sanguinem pro Christi nomine effundere cupientes, ambo Romæ, eodemque die, gloriosam Martyrii coronam adepti sunt: Petrus quidem inverso capite cruci affixus, Paulus gladio capite obruncatus: ex quorum sanguine, veluti ex semine, tot beatorum Martyrum millia germinarunt, ut exuberante copia virtutis, & fidei, ut Cyprianus inquit, singuli Martyres numerari non possent. In his modo Fidelem de Sigmaringa numeravimus, qui ad prædicandum verbum Dei, & Catholicam Religionem ab hæreticis vindicandam, ab hac Apostolica Sede in Rhætiam missus, invictis animo morti occurrentis, ab hæreticis interfecit, & gloriosam sibi martyrii coronam comparavit.

Negavit ter Petrus, ab ancilla, & Judæis interrogatus, Divinum suum Magistram. Persecutus est Paulus discipulos Christi, quos ad intercessionem usque delere statuerat. At suam Petrus perfidiam flexit amare; & Paulus Divinæ vocis terrore correptus, humi stratus, factus est vas electionis, & ad Apostolicam dignitatem una cum Barnaba a Spiritu Sancto vocatus est. Quot ad penitentiam ex præclaro horum exemplo excitati, ex improbis & impuris facti sunt egregie virtutis & sanctitatis lumina? Quot assiduis lacrymis sua desolantes scelera, uberrimos penitentia lacrymas fecerunt, quibus immortali deinde gloria in Cælis gaudere, & apud nos solemniter inter Sanctos recenseri meruerunt? His profecto Camillus de Lellis annumerandus est, qui eadem vestigia persequens, non modo juvenilis suæ ætatis errores detestatus est, sed etiam reliquo vitæ tempore, tum animæ, tum corporis proximorum salutem impense addidit, heroicis, quibus Cælum promeruit, virtutibus maxime inclaudit. O quam bene sese ad Pauli doctrinam confirmavit! qui in prima ad Timotheum se blasphemum, & persecutorem, & contumeliosum, & primum peccatorem vocans: *Fidelis*,

Kk



N. 1. *lis, inquit, sermo est omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc Mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum; addiditque: Sed ideo misericordiam consequutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam eternam.* Ita plane Camillus misericordiam Dei consequutus, a scelere & flagitiis ad bonam frugem revocatus, inde meritis & virtutibus plenus ad gloriam Sanctorum meruit extolli.

Minime contentus fuit Petrus in Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bithyniam Jesu Christi Fidem intulisse, sed, ne quis in ea hæretet, aut ne quid ab ea alienum in Ecclesiam induceretur, epistolâs binas canonicas scripsit, in quibus Sanctissimæ Leges ad reprimendos vitiorum impetus, ad resistendum nequitie diaboli, & ad æternæ vitæ hereditatem assequendam opportune traduntur. Hoc ipsum amplissime fecit Paulus decem & quatuor epistolis canonicis conscriptis, quarum sapientiam, & cælestis doctrinæ copiam quis satis posset oratione complecti? Quænam eloquentia pro dignitate explicaret epistolam ad Romanos, sive binas ad Corinthios, sive ad Hæbræos alteram, in quibus de fide, de bonis operibus, de virtutibus theologicis, de vitis atque erroribus extirpandis, divina plane sapientia, & admirabili zelo fideles docet, cohortatur, inflammat? Atque hinc Episcoporum ad populos sibi commissos pastoralium epistolarum simavit consuetudo, per quas illi zæmania in medio tritici exorta eradicare conantur, & si qui mali usus, aut depravati mores irreperint, corrigere, ac reformare student. Hæc exempla quoque piis quibusdam in Ecclesia hominibus anam dederunt, identidem religiosorum virorum ceteris, huius Sanctæ Sedis auctoritate intercedente, reformandi, qui paulatim neglecta evangelicorum consiliorum observantia, a pristina virtutis gradum descenderant. Inter hujusmodi summa cum laude confecti Petrus Regalatus a Nobis nuper numero Sanctorum adscriptus, qui tot annos ingenti labore, incredibili austeritate vitæ, miraque humilitate, ac singulari prudentia, Ordini suo Franciscano, qui quibusdam in locis a veteri splendore desciverat, reformando totus incubuit, & assiduo heroicarum virtutum studio eam ascensus est Sanctitatis laudem, quæ & Seraphico Ordini esset exemplum, nec minus universæ Ecclesie ornamentum.

Hierosolymis Petrus una cum Joanne in vincula coniectus est, & ab Angelo bis solutus a vinculis, quibus hominum improbitissimorum perfidia illum obstrinxerat. Quid vero loquar vincula, flagella, lapides, naufragia, immisiones bestiarum, atque alia plurima, quæ passus est Paulus, quæque ipse ad Corinthios scribens enumerat, quamquam, ut Joannes Chrysostomus advertit, plura fuerint ab eo prætermissa, quam numerata? Adeo ut, etiamsi ei gladio mortem oppeteret non contigisset, tot nihilominus acerba passus, quæ illi vitam omnino eripere debuissent, nisi superstes divinitus extitisset, profecto inter Martyres computaretur. Hinc porro geminæ Celo januæ patefactæ sunt: altera iis, qui effuso sanguine pro Christo cæsi sunt, & inter Martyres recensentur; altera vero iis, qui supplicis, quæ pro fide fortiter passi sunt, superlites, jam olim Martyres vocabantur, nunc autem illustri Confessorum titulo decorantur. Hæc altera via ingressi Josephus a Leonissa, quem modo in Sanctorum Confessorum album retulimus. Hic per plures dies supplicium immane & exquisitum pro Christi nomine a barbaris invictò animo toleravit, atque inter cruciatus acerbissimos Evangelium prædicare non desistit. Quibus expeditus, nihil habuit antiquius, quam animas Christo evangelica prædicatione lucrari, suamque, excelsarum omnium virtutum, quas heroicas dicimus, sublimitate, sanctiorem in dies facere usque ad mortem, quam coram Deo pretiosam in pace obtinuit.

Commendavit Paulus in prima ad Corinthios virginitatis dignitatem; in cujus laude profuit multa, quæ ab eo statu derivantur, emolumenta. Nullum tamen de virginitate præceptum a Domino sese accepisse affirmavit, sed de illa tantummodo consilium se dare: *De virginitatis præceptum Domini non habeo; consilium autem do.* Hæc autem Paulum Coepistolam, secundum datam sibi sapientiam, literis tradidisse, Petrus in epistola secunda contestatur. Consilium quoque Pauli fuit, præter continentiam, orationem, jejunia, paupertatem, & obedientiam, cor-

tionem, jejunia, paupertatem, & obedientiam, corlere: quibus in rebus potissimum sita est vitæ monasticæ ratio, a primis usque Ecclesiæ sæculis tam in viris, quam in feminis feliciter propagata. Recentiori vero memoria ad monasticam alia insuper accessit religiosorum hominum vita, eorum præsertim Ordinum, qui Medicantes nuncupantur, in quibus non minus doctrina, quam sanctitate, complures ex utroque sexu Ecclesiam mire illustrarunt. Tres jam inclytæ femine, Catharina Senensis, Rosa de Lima, & Agnes de Monte Polignano ex Ordine B. Dominici solemnè ritu Sanctorum Virginum numero adscriptæ sunt; ad quas & Nos Catharinam de Ricciis modo aggregavimus, claustrali vitæ tam illustrem, tam humilem, tam pœnitentiæ addictam, & a Deo maxime locupletam iis cælestibus donis, quibus ipse animas sibi acceptas in terris quoque cumulare consuevit.

Tandem Apofolorum Actus pleni sunt novis, & inuitatis miraculis, quæ Deus ad manifestandam gentibus Beatorum Apofolorum PETRI & PAULI tum doctrinam, tum sanctitatem, operari sibi complacuit. Enimvero nolimus illa conferre cum iis, quæ Dominus agere dignatus est ad intercessionem, & preces quinque Beatorum, quos modo solemniter inter Cælestes recensuimus. Non ignoramus, varia esse miraculorum genera, varios gradus. Verum si hæc ad illa minus æquiparari valent, nihilominus hæc quoque ita maturæ vires excedunt, ut dubitari nullo modo possit, quin sint sanctitatis eorum, ad quorum merita facta sunt, luculentum expressumque Dei testimonium.

Ex iis, quæ hæcenus dida sunt, satis apparet, quam apte in hoc ipso Sanctorum Apofolorum PETRI & PAULI lætissimo die hodiernæ Canonizationis solemnia celebrentur. Nunc autem, quoniam prope Aram consistimus, sub qua eorumdem Beatorum Apofolorum cineres & ossa jacent, quæ aliud refert, nisi ut ad vos gloriosi Apofolorum Principes, orationem nostram & preces humiliter convertamus? Tu quidem, Beatissime Petre, Venerabilis hunc Clerum de Cælo respice, qui abs te originem ducit, quique nomini tuo devotus te perpetuo colit: respice & Nos, qui in hanc principem omnium Cathedralam a te institutam, & quæ Ecclesiarum omnium unitatis est centrum, impares licet meritis successimus. Tu vero, Beatissime Doctor Gentium Paulè, populum hanc, quem te præ cæteris diligere, tuoque cordi inhærere, literis tuis significabat, peramanter respice. Ad vos enim, Parentes optimi, & amantissimi Urbis hujus Patroni, in tanta hujus diei celebritate, fiducia pleni confugimus, ut, vestris intervenientibus meritis, a Deo impetremus Catholicæ Fidei propagationem, Romanæ Ecclesiæ, quæ sanguinis vestri pretio fundata est, exaltationem, & factam teclam Apofolicæ hujus Sedis dignitatem, cujus vindices & propugnatores vos semper extitistis. Ad vos deinde convertimur, Fidelis, Camille, Petre, Joseph, & Catharina, quos modo nosros apud Deum intercessores fore solemnè ritu declaravimus, quosque fidelibus populis tamquam præclara virtutum exempla propofuimus: Vos quoque humiliter conde obtestamur, ut Cristianam Religionem, ut Fidem, ut denique Apofolicam Sedem apud Deum orationibus vestris regere ac tueri dignemini, Nobis præsertim in ærumnis, quibus in diem consistamur, & quibus Petri navicula jactatur, opem auxiliisque divinum implorantes. Spe magna nitimur, Deum, Vobis intercedentibus, Nos in medio mari periclitantes non relinquitur. Habemus enim perpetuo ante oculos Petrum in mediis fluctibus, super aquas maris a Domino ambulare jussum, & naufragio perire metuentem. Quem Augustinus advertens, in *anda*, inquit, *exclamat stübans Petrus, & dicit: Domine, salva me. Porrigit enim Dominus manum; & quomodo increpet dicens: Modica fides, ut quid dubitasti? ramentum a fluctibus rapit, & consistentem infirmitatem suam, atque illius auxilium postulatum, perire non sinit.* Demum Gloriosi Principes Apofolorum, Beatique nuper in Sanctorum Catalogum relati, lenite iram Dei furore suo terras arguentis: exorate omnipotentem Principem pacis, in cujus manibus sunt corda Regum, & sub quo curvantur, qui portant Orbem, ut Christianos Principes, diuturnis inimicis dissidis, inter se decertantes, in pristina charitatis compagem restituant.

# I N D E X RERUM, ET VERBORUM.

Numerus Romanus denotat Constitutionem: Arabicus autem indicat paginam, & columnam.

## A

**ABBATIBUS** in Ecclesiâ sui juris licet populo solemniter benedicere, si Apostolico Privilegio id ipsis concessum fuerit. *Constit. XLVIII. pag. 183. col. 1.*  
Neque id tamen, nisi post Missam solemnem, aut vesperam Officia. *ibid.*  
Cæterum non possunt alibi, maxime per vias, benedictionem impertiri, nisi id etiam expresse in Privilegio continetur. *ibid.*  
Et quod in Missis privatis trinam benedictionem impertiri nequeant, ex Decreto Alexandri VII. *V. ibid. p. 184. col. 2.*  
Abbatibus, & aliis Pontificalibus utentes, si exempti sint, in Conciliis Provincialibus, & Diocesanis uti possunt Mitris aurifrisatis. *XL. pag. 154. col. 2.*  
Stautem exempti non sint, licite Pontificalium usum habeant, puris tantummodo Mitris albis, & planis uti debent. *ibid.*  
Abbatis eligendi facultas non probat necessario exemptionem Monasterii ab ordinaria Episcopi jurisdictione. *ibid. p. 156. col. 2.*  
**ABBATIA CRYPTÆ FERRATÆ.** *V. Crypta Ferratæ.*  
**ABBATIA** Farfensis. *V. Farfensis.*  
**A. C. V. Auditor Generalis Camera Apofolicæ.**  
**ACCORAMBONI.** Joseph Cardinalis Episcopus Tuscanus causam proponit pro Ecclesiæ suæ jurisdictione adversus Abbatem Cryptæ Ferratæ. *XXXIV. p. 126. col. 1.*  
**ADVOCATI CONSISTORIALES** privativum jus habent petendi Pallia pro Archiepiscopis &c. *LX. p. 225. col. 1.*  
Ideo, quam Pontifex ea solemniter benedicit, eadem associare jubentur. *ibid.*  
**ADVOCATI** olim ab Ecclesiis, & Monasteriis electi, ut eorum jura in Foro defenderent, causarum cognitiones assumere, & jurisdictionem sibi arrogare ceperant. *XL. p. 156. col. 1.*  
Ipsius verum erat in disciplina Ecclesiasticæ negotiis se impingere. *ibid. p. 157. col. 1.*  
Sed quum tandem Ecclesiis, & Monasteriis nimia præjudicia irrogarent, Sæculo XIV. penitus aboliti fuerunt. *ibid. p. 156. col. 2. seqq.*  
Advocatum eligendi, & dimittendi facultas non probat exemptionem Monasterii ab Episcopi Diocesani jurisdictione. *ibid. p. 163.*  
**ADVOCATUS PAUPERUM.** *V. Pauperum Advocatus.*  
**AER INSALUBRIS.** *V. Residencia.*  
**ÆTAS.** *V. Rationis usus.*  
**ÆTAS** legitima ad contrahendum Matrimonium in feminis est XII. annorum. *LI. p. 189. col. 1.*  
Dispensatio super ætate cum iis, qui copulæ nondum idonei sunt, sed tamen rationis usum habent, a Sede Apofolice privative concedi potest. *ibid.*  
Quando autem malitia suppleat ætatem, ex Legum, & Canonum dispositione licitum est Matrimonium contrahere. *ibid.*  
Super hoc autem, an malitia suppleat ætatem, tam a Jure Ordinario, quam ab Apofolica Sede pronunciari potest, & consequenter facultas ad contrahendum concedi. *ibid.*  
Tamen pro majori actus solemnitate, & ne de validitate contractus Matrimonii propter minorem ætatem hæsitari contingat, Apofolice Dispensationis Literæ impetrari solent. *ibid.*  
Formula hujusmodi Literarum. *ibid. p. 164. col. 2. in fin. V. Matrimonium.*  
Ætas ad Professionem emittendam alia præscripta est *Bullar. Rom. Bened. XII. Tom. II.*

a Concilio Tridentino, alia a peculiaribus Ordinum Constitutionibus. *XLVII. p. 182. col. 1. 2.*  
**S. AGATHA.** *V. Doctrina Christiana.*  
**AGRORUM** cultoribus facile indulgeri consuevit ut diebus Festis, audita Missa, laboriosis operibus incumbant. *LXIII. p. 304. col. 2.*  
**DE AGREDA,** Ven. Maria a Jesu, Illius Beatificationis Causa quo in statu sit, refertur. *XLVI. p. 174. col. 1. & 2.*  
**Ejus Liber,** cui Titulus *Mystica Civitas Dei*, post decretum a Congregationi S. Officii editum anno 1681. peculiari Congregatione examinandum remittitur ab Innocentio XI. *ibid.*  
Sed a Clemente XII. illius examen iterum eidem Congregationi S. Officii demandatur. *ibid. col. 2.*  
Pontifex, in Causa Beatificationis ipsius Servi Dei ad ulteriora processurus, hujusmodi examen committit Congregationi particulari Sacrorum Rituum coram S. S. habenda. *ibid.*  
Idque agit, inhærendo Decretis Urbani VIII. circa revisionem Operum Servorum Dei; & praxi Congregationis Sacrorum Rituum. *ibid. col. 1.*  
Nomina Cardinalium ex eadem Congregatione selectorum ad hunc effectum, necnon Consultorum ipsis adjunctorum. *ibid. col. 1. & 2.*  
Liber prædictus post mortem Servæ Dei editus a Typographis fuit; neque probari potest, illum ab eadem revera conscriptum fuisse, nisi Authographum exhibeatur. *ibid. p. 176. col. 1.*  
Hujus probationis rigor declinari nequit ex eo, quod Postulatores fateantur, illum Servæ Dei opus esse, quum id ipsum Apofolicæ Sedi constare debeat. *ibid. col. 2.*  
Exemplum in Causa S. Jacobi de Marchia. *ibid.*  
Episcopus Tirafonensis Processum auctoritate ordinariæ conficiens super fama &c. ejus Libri Authographum recognovisse testatus est. *ib. col. 2. seqq.*  
Idipsum dixerunt tres alii Testes, afferentes se habere notam manum Ven. Mariæ a Jesu. *ib.*  
Hujusmodi probatio, nisi legitimis sulciatur adminiculis, satis plena censeri nequit. *ib. p. 177. col. 1.*  
Sed oportet, præter Authographi characterem per Peritos comparari cum aliis indubitis Chirographis Ancillæ Dei; & tam in Hispania, quam in Urbe. *ib. col. 2.*  
Item illius Libri sibi comparari cum aliis ejusdem Operibus & Scriptis. *ib. p. 177. col. 1.*  
Eoque magis, quod non defuerunt, qui dubitaverint, materiam Libri aliunde suppeditatam ipsi fuisse. *ib. p. 176. col. 2.*  
Præterea, quum asseratur, idem Opus ab Ancilla Dei bis fuisse conscriptum, & quidem mirabiliter eodem exemplo; prioris autem combustis copia extare præsumatur; de hoc etiam per utriusque comparisonem, videndum est. *ib. p. 177. col. 1.*  
His præmissis, tunc denique judicium fiet de contentis in ipso Opere ad formam Decretorum Operum Urbani VIII. p. 178. col. 1.  
Liber ille a P. Croiset Ord. Minor. ex Hispanico in Gallicum sermone conversus fuit, sed de versionis fide dubitatur. *ib. col. 2.*  
Censuræ ejusdem Lib. factæ ab Accademis Salmanticensi, Complutensi, Lovaniensi, & Tolofana, a facultate Sorbonica, & ab Eusebio Amort, item Apologie Cardinalis de Aguire, & Didaci Gonzalez Mathæo, expendendæ. *ib. col. 1. 2. & seq.*  
Interim Pontifex indulget, ut in Beatificationis causa procedatur ad examen aliorum Operum Servæ Dei, ad Constructionem Processuum Apofolorum super fama, & super virtute & mirac. in specie, & ad Processuum approbationem; dummodo non proponatur dubium de



virtutibus in specie, nisi Liber, confitit quod sit Opus Ancillæ Dei, approbatus fuerit, una cum aliis eiusdem Scriptis, *ib. pag. 177. col. 2. feqq.*

**DE AGUIRE** Cardinalis laudatur. XLVI. pag. 178. col. 1. & 2.

**ALIENATIO**. V. *Bona Camere Apostolicæ.*

**ALMEIDA** Cardinalis Patriarcha Lisbonensis laudatur. VIII. pag. 26. col. 2.

**ALTARE**, Super Altari, in quo Missæ celebrantur, juxta Rubricæ, & Pontificalis præscriptum, Crux collocari debet. XVII. pag. 57. col. 2. & feqq.

Amplia, etiam in ipso Altari aservetur Sanctissima Eucharistia in Tabernaculo. *ib. col. 1. & 2.*

At si expositum sit in ipso Altari Sanctissimum Sacramentum, fervetur consuetudo loci. *ibid. col. 2.*

Si vero in Tabula Altaris Crucifixi imago depicta, aut celata sit, eaque potiorum locum in ipsa Tabula obtineat, omitti potest Crux inter candelabra. *ibid. col. 1.*

Ad Altare, in quo Sanctissimum Sacramentum aservatur, an Missam celebrari debeat. *ib. col. 1.*

**AMORT** Eusebius, Auctor libri de *Revelationibus & Visionibus*. XLVI. p. 178. col. 2.

**ANCONA** etiam Ancon ab antiquis vocata. XXXV. p. 137.

Unde rudioribus sæculis Anconitani etiam *Ancmensis* appellati sunt. *ib.*

Anconitanæ Ecclesiæ a Martino V. ad preces Astorgii Agnefi Episcopi, unita fuit Ecclesiæ Humanatenensis anno 1422. *ib. p. 134. feqq.*

Unionis Bulla a Dominico Georgio primum edita refertur. *ib.*

In ea injunctum est, ut Episcopus Anconitanus, simul & Humanatenensis appelletur. *ib.*

Quod ita servatum fuisse, docent plura testimonia & exempla. *ib. p. 136. feq.*

Recentioribus autem temporibus Episcopi Anconæ, Comes Humanæ appellari consueverunt. *ib. pag. 133. feqq.*

At Pontifex Episcopos Humanæ simul & Anconæ appellandos esse statuit. *ib. p. 136.*

Non obstantibus extinctione Capituli Cathedralis Humanæ, cum ab ea non pendeat essentia Episcopatus. *ib. feqq.*

Anconæ Episcopis adnumerandus est *Stephanus* quidam *Ancmensis* nuncupatus in subscriptione Bullæ Joannis XIX. dicti XX. ab Ughellio, aliique prætermittis, sed a Pontifice observatus. *ibid. p. 137.*

**ANIMARUM CURA**. V. *Cura.*

**ANIMALIUM** extractio de una in aliam Provinciam, Legationem, aut Civitatem Status Ecclesiastici permittitur omnibus etiam non subditis in perpetuum. LIII. pag. 190. col. 2. feqq.

Extra Statum vero, arbitrio Legatorum, Præfidum, & Gubernatorum Provinciarum. *ibidem col. 1.*

**ANNONA**, V. *Introductio.*

**ANNONE** Præfectus de pecuniis Camere Apostolicæ a se administratis quotannis rationem reddere tenetur. VI. p. 20. col. 1.

**ANTIOCHENÆ** Ecclesiæ prerogativæ. V. *Append. tom. I. n. VI. p. 285. col. 1. & 2.*

Antiocheno *Melchitarum* Patriarchæ Pallium conceditur. V. *Append. tom. I. numer. VI. pagina 285. col. 2.*

Antiochenus *Maronitarum* Patriarcha Simon Petrus Evodius a Summo Pontifice electus, ab universa Natione in Synodo recognitus. V. *Append. tom. I. num. VII. p. 387. col. 2.*

Acta Consistorialia pro hujusmodi Synodi approbatione; & pro concessione Pallii eidem Patriarchæ. *ibid.*

**APOSTATE** nullatenus admittuntur ad allegandam quamcumque causam super nullitate Professionis Regularis, sed ad Monasterium redire coguntur. XLVII. pag. 179. col. 2.

Apostate declarantur illi, qui post unicam sententiam latam pro nullitate Professionis, etiam appellatio- ne non interposita, habitum abjecerint. *ib. pagina 180. col. 2.*

Item ii, qui post sibi indultam restitutionem in inte-

grum, & Religionis Claustris migrare præsumant. *ib. pag. 181. col. 1.*

**APPALTATORE** Camerales quid præstare debeant in fine Anni. VI. pag. 22. col. 1. & 2.

**APPELLATIO** a judicio Episcopi super Parochiali liberæ collationis, admittitur in devolutivo tantum. IV. pag. 13.

Appellatio a judicio Episcopi instituentis, si id conforme sit judicio Patroni presentantis, non admittitur, nisi in devolutivo. *ib.*

Si vero Episcopus postponendum censuerit eum, quem Patronus Ecclesiasticus tamquam digniorem prælegerat, hujus appellatio admittitur etiam in suspensivo. *ib. pag. 14.*

Appellatio ab irrationabili Judicio Episcopi Tridentinæ Synodo ignota, introducta est vigore Bullæ S. Pii V. incipien. *In conferendis. ib.*

Appellatio ab irrationabili Judicio Episcopi propriis dirigitur regulis, quæ non applicantur appellations a mala relatione Examinatorum. *ib.*

Appellatio a sententia pro nullitate Professionis Regularis prolata, a Defensore Professionum est interponenda, & prosequenda. XLVII. pag. 180. col. 1. & 2.

Appellatio ab unica sententia lata pro nullitate Professionis, semper suspendit executionem. *ib.*

Et licet non interposita fuerit, res non dicitur judicata, nec Professus exire potest e Claustris. *ib.*

**APPODII**. Jus inter ædificia Centumcellarum statuitur. XXXIX. p. 153. col. 2.

In **ARAGONIÆ** Regno quilibet Sacerdos secularis die omnium Defunctorum celebrare poterat duas Missas; Regularis vero tres, LXI. pag. 224. col. 1.

Pontifex indulget, ut tam sæculares, quam Regulares in postero eam die ter Missam celebrare possint. *ibid. pagina 225. col. 1. & 2. V. Defunctorum.*

**ARCHIDIACONI** Officium olim in Ecclesiâ gravissimum, nunc minus necessarium. XXX. pagina 80. col. 1.

**ARCHIEPISCOPUS** in tota Provincia Benedictionem super populum impertiri potest. XLVIII. pagina 183. col. 1. & 2. V. *Benedictio.*

Archiepiscopi, Bononiensis, Ferrariensis, Ravennaten. & Urbinate. una cum Cardinale Sandæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, executores deputantur pro libertate mutui Commercii inter subditos Ditionis Ecclesiasticæ. LIII. pagina 193. col. 1.

In **ARCHIGYMNASIO** Urbis duæ a Pontifice eriguntur Cathedræ, una Mathematicæ, altera Chimiæ, prævio concursu conferendæ. LXII. pag. 229. col. 2. & feq.

**ARCHIPRESBYTER** solus, absente Episcopo, Benedictionem olim super Populum impertiri poterat. XLVIII. p. 183. col. 2.

Archipresbyteri Basilicarum Patriarchalium Urbis sunt S. R. E. Cardinales; nec tamen dignitas Cardinalatus inferior judicatur dignitate Archipresbyteri. XXXVI. p. 142.

Idem nulla jurisdictione in iudicibus potiuntur, post reformationem Tribunalium ab Innocentio XII. editam, sed solum paternam, & economicam auctoritatem habent in iis, quæ pertinent ad servitium Ecclesiæ, disciplinam, & mores. *ibid. pag. 143.*

Inter eos solus Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ Dismoriales literas subditis suis dat ad Ordines suscipiendos, iidemque Confirmationis Sacramentum confert. *ibid.*

**ARCHIVII** Scriptorum Collegium a Julio II. erectum fuit cum privato jure scribendi in Causis Commissariis coram Prælati Romanæ Curie. XXXI. p. 67. col. 1.

Quod a Pio V. extensum fuit ad causas commissas S. R. E. Cardinalibus. *ib. col. 2.*

Facultatem habet deputandi unum seu plures Notarios, quibus prædicti uti debent. *ib. V. Notarius Archivii.*

Inter Collegium Archivii Scriptorum, & Notarios Rotæ, orta lis super pertinentia Causarum, & jure scribendi in illis. *ib. col. 2. & feqq.*

Definitur a Pontifice, facta distinctione causarum inter Rotales, & Prælatias. *ibid. pagina 68. col. 1.*

**ARGENVILLIER** Clemens Auditor Sanctissimi laudatur. XXXIII. p. 126. col. 1.

**ARMENI**, & Maronitæ Azymo utuntur in conficendo Eucharistiæ Sacramento XXXIII. pag. 127. col. 1.

**ARMORUM** Commissarius rationes peculiares non redit de sumptibus factis ex pecuniis Camere Apostolicæ. VI. p. 20. col. 2.

**ARX** Ecclesiæ Lauretanæ. V. *Lauretana Cx.*

**ASCULANI** Episcopi jurisdictioni subduntur plures Ecclesiæ intra ipsius Diocesis fines existentibus, quæ alias a Farfen. Abbata dependebant. XXXII. p. 49. col. 1.

**ASSISIENSIS** Episcopi jurisdictioni variæ subduntur Ecclesiæ, & loca ex Farfensis Abbatis jurisdictione dimembrata. *ibid. pag. 122. col. 1. & 2.*

**AUDITOR GENERALIS CAMERÆ APOSTOLICÆ** Commissiones pro causis criminalibus expedire potest expensis Accusatoris, five Adhærentis Fisco, factis nimirum ab hoc congruo deposito pro viaticis, cibariis &c. & data Fideiussione pro reliquo. XLIV. p. 168. col. 1.

Deficiente autem Accusatore, seu adhærente, commissiones expedire nequit, sed demandare debet inquisitiones Ordinariis Ecclesiasticis locorum, seu talis ibi existentibus in Dignitate Ecclesiastica constitutis. *ibid.*

Quod si expedire iudicetur, commissiones ex Officio ab urbe mittere, vel eas injungere Judicibus extra locum delicti existentibus, reportare tenetur Commissionem specialem manu Papæ signatam, & ab Auditore Sanctissimi subscriptam, sub pena solvendi expensas de proprio. *ib.*

**AUDITOR PAPÆ**, tamquam Secretarius Congregationis Oeconomicæ examinare, & approbare debet causas mittendi commissiones criminales ex Officio a Tribunalibus Cardinalis Vicarii Urbis, & A. C. *ibid.*

Auditor Papæ executioni Legum a Pontifice statutarum pro Tribunali viarum peculiariter invigilare jubetur. LXVII. p. 247. col. 1.

**AVUS** paternus in potestate habet nepotes, eosque ad Baptismum offerre potest, etiam dissentientibus eorum Genitoribus. XXVIII. §. 17. p. 91.

**AZEVEDO**, Emannel Societatis Jesu Presbyter Sacr. Rit. Confultor creator. XLIX. pag. 185. col. 2.

**AZYMI** disciplinam in Missa, in Ecclesiâ Occidentali ab Apostolorum tempore invecam, & deinceps in violatè servatam, a multis Scriptoribus contenditur. XXXIII. p. 127.

Azymi, & Fermentati promiscuum usum in Ecclesiâ Latina post decimum Ecclesiæ sæculum nunquam obtinuisse apud omnes est in confesso. *ibid.*

In Azymo Mystra conficiunt in Orientali Ecclesiâ Maronitæ, & Armeni. *ibid. col. 1.*

Item nonnulli Græci Italiæ, inter quos Monachi Cryptæ Ferratæ. *ib.*

## B

**BACCHANALIUM** honesta remissio toleratur. XLV. p. 170. 162.

Abusus tamen in eorum frequentatione inveci ab Ecclesiâ reprobatur. *ibid. p. 172. 173.*

Iisque opponuntur specialia pietatis exercitia, quæ a Septuagesima ad Quadragesimam statuta sunt. *ibid. p. 174.*

Quibus etiam plura per zelantes Episcopos addita fuerunt, & addenda sunt. *ibid.*

Exempla SS. Caroli Borromei, & Philippi Nerii. VI. de p. 173. 174.

Pontifex concedit Indulgentiam Plenariam per omnes Ecclesiasticæ Ditionis Dioceses acquirendam ab iis, qui Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpservint, & expositum viderint, tempore Bacchanalium. *ibid. p. 174. 175.*

Peculiares quidam abusus per id tempus inveci, damnantur, & in tota Ecclesiastica Ditione prohibentur. *ibid. per tot.*

Præcipue vetatur, ne personati homines incedant diebus Festis de præcepto, & Feriis sextis; juxta Disciplinam in Orbe Roma vigentem. *ibid. pagina 172.*

Item ne choreæ ultima nocte ante Feriam IV. Cinerum, ultra mediam noctem producantur. *ibid. p. 171. 172.*

Ne quis habitu bacchanalio indutus mane ipsius Feriæ IV. incedat, multoque minus Ecclesiam ingrediat. *ibid.*

Ne Circulatores, & Scurræ Festis diebus in plateis, & publicis viis spectacula edant. *ibid.*

Et potissimum matutinis horis, ac tempore Officiorum Vespertinorum, & Doctrinæ Christianæ. *ibid. p. 172. 173.*

**BAPTISMUM** infidelium Filii sine consensu parentum conferre, est contra iustitiam, & contra Ecclesiæ consuetudinem. XXVIII. §. 4. pag. 83. feqq.

Limita, si in extremo mortis discrimine reperiantur. *ibid. §. 8. p. 87. feqq.*

Item si a parentibus projecti, & desituti inveniantur. *ibid. §. 9. p. 88.*

V. *Judeorum infantes.*

Alterutro tamen parentum consentiente, quantumvis patris potestatis jura Matri non competant, baptizari possunt. *ibid. §. 15. & 16. pag. 90. 91.*

Item si Avus Nepotes ad Baptismum offerat, eorum Patre, & Matre invitis. *ibid. §. 17. p. 91.*

Baptismus conferri non debet infidelium filiis, quos Christiana educatione fraudandos fore, & infidelitatem parentum sequuturos esse dignoscatur. *ibid. §. 23. p. 92. feqq.*

Baptismus conferri non debet infidelium filiis, qui a parentibus offeruntur, non ut originalis culpa ex eorum Anima deleatur, sed ut a malignis spiritibus, vel morbo aliquo liberentur. *ibid. §. 19. p. 91.*

Quod intelligit, ubi infans in parentum infidelium potestatem rediturus, in eorum infidelitate educandus fore dignoscatur. *ibid. §. 24. p. 93.*

Sed si perversionis periculum absit, tunc habita potius ratione intentionis Ecclesiæ, ejusque Ministri, quam voluntatis parentum infidelium, ex sententia Sancti Angustini baptizandus est. *ibid.*

Baptismus infantibus collatus sine consensu parentum, quamvis illicitus, validus tamen censendus est. *ibid. §. 26. p. 93. ubi præclara assertur auctoritas S. Angustini. Et §. feq. referantur resolutiones Congregationis S. Officii.*

Baptizans illicite, & absque consensu Parentum Infidelium Filios, puniendus est. *ibid. §. 31. pag. 95.*

Baptismus Adulto conferri non debet, nisi antea instructus fuerit in Mysteris Fidei, quæ sunt necessaria necessitate medi. *ibid. §. 41. p. 100.*

Baptismus sine baptizati adulti voluntate collatus, est invalidus. *ibid. p. 101.*

Ideoque in Adultis voluntas esse investiganda. *ibid. §. 44. p. 101.*

Baptismus si quis neutra voluntate susceperit, id est neque volens, neque nolens, non erit valide baptizatus. *ibid. §. 47. & 48. p. 102.*

Quid si Baptismus violenter, atque animo palam contrario suscipiatur. *ibid.*

Baptismus valide in febris ardore, infania, somno, vel furore, confertur iis, qui ante præmissa illum postularunt. *ibid. §. 46. p. 101.*

Baptizatus si post Baptismum negat sufficientem habuisse voluntatem, quid servandum. *ibid. §. 50. p. 103.*

Baptismus ab Adulto susceptus animo accipiendi lavacrum, tamquam Ecclesiæ Christianæ proprium, erit validus. *ibid. §. 45. p. 101.*

De Baptismi collati validitate quoties sive in jure, sive in facto dubitetur, Adultus sub conditione iterum baptizari debet. *ibid. §. 51. & 52. pag. 103. 104.*

Baptismus sub conditione conferri debet Adulto, qui